



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 2. Doni Obitus. Agatho Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

nus ex Diptychis deleretur, tum ut ser-Sæculum VII  
varetur æqualitas, & ostenderem, quod A. C. 679.  
hos & illos Orthodoxos esse credam, tum  
ut grati animi signa edam in Vitalianum,  
cujus in nos amicitia, quoad vixit, in-  
ter motus Tyrannorum nostrorum du-  
ravit.

Hic de seditione Mezeti sermo est. *Sup. Lib.*  
Prosequitur Imperator: *Theodoro Patri-XXXIX.*  
*cio Italicæ Exarcho mandata misimus,* §. 42.  
*ut illis, quos delegaveris, omne subsidii*  
*genus sive ad navigandum sive ad sum-*  
*ptus itineris præstet, atque etiam, si ne-*  
*cessitas postulet, Bellicas, quæ vobis præ-*  
*sidio sint, concedat. Hæc Epistola duo-*  
*decimo Aug. Indictione sexta, nempe an-*  
*no 678. data.*

§. II.

*Doni Obitus. Agatho Papa.*

Antequam memorata Epistola Romam  
pervenisset, Donus Papa ex hac vita  
migravit, sepultusque est ad S. Petrum,  
undecimo Aprilis anno 679. postquam S.  
Sedem tenuisset anno uno, quinque men-  
sibus & diebus decem. Una Ordinatio-  
ne Presbyteros decem, Diaconos quin-  
que & alio tempore Episcopos sex crea-  
vit. Ipso defuncto elapsis duabus men-  
sibus & quindecim diebus ordinatus est  
Agatho, Monachus, patria Siculus, qui  
S. Sedem duos annos & dimidium te-

*Anast.*

Aa 5              nuit,

Sæculum VII inuit, Vir mansuetudine singulari atque  
A. C. 679. omnibus hilaris & jucundus. Is Epista-  
la Imperatoris Constantini ad Ante-  
sorem suum directa ab Epiphanio Nota-  
rio accepta, statim ad reducendam pa-  
cem manum admovit.

## §. III.

*Ecclesia Anglicana.*

*vita per Ed-* Inter hæc S. Wilfridus Archiepiscopus  
*di. c. 23.* Eboracensis Romam pervenit, quere-  
*Sup. Lib.* lam movens, quod injuste fuisse depositus.  
*XXXIX.* Is Ecclesiam suam annis quatuor,  
*§. 46.* ex quo fuerat restitutus, in pace rexerat,  
*Bed. IV. hist.* nempe quandiu Regina Edeltrida cum  
*c. 19. vit.* Rege Egfrido fuit. Hæc Princeps Regia,  
*S. Edith.* licet bis nupta, semper suam Virginita-  
*to. 2. Att. B.* tem illibatam servavit; primo enim  
Tumberti Principis brevi tempore, &  
deinde Egfridi Regis annis duodecim uxor  
fuit. Cum Rex sciret neminem apud E-  
deltridam plus auctoritate valere, quam S.  
Wilfridum, eidem fundos & multas pro-  
misit pecunias, si Reginam eo adduceret,  
ut matrimonium consummari patere-  
tur. Postquam vero id impetrare non  
potuit, Rex tandem consensit, ut, quod  
tam diu flagitaverat, ad Monasterium  
convolaret. Velamine Monastico e ma-  
nibus S. Wilfridi accepto, postea ab eo-  
dem Monasterii Elgensis seu Elyensis,  
quod ipsa fundaverat, Abbatissa consti-  
tuta